



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 63. Officium divinum in lingua vernacula celebrandi Facultas
Protestantibus indulta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI.A.C. 1558.

nem mutari oppido necessarium foret; si vero hac in re repulsam ferret, instare periculum inquietabat, ne universum Scottiæ regnum in apertas furoris flamas erumperet, ac populi ad communem seditionem concitarentur. Insuper idem præter alia postulabat, ut Ecclesiarum Ministri in publicis precibus, & Sacramentorum administracione patria lingua uterentur, ut quilibet ea, quæ dicerentur, intelligere posset, dummodo id absque tumultu fieri valeret: petiit etiam, ut juxta antiquum morem Ministrorum electio ad populi suffragium devolveretur.

§. LXIII.

*Officium Divinum in lingua vernacula
celebrandi facultas Protestantibus
indulta.*

Thuan. l. 21. E quidem Episcopi sese horum postulatorum temeritati opponebant, unde ingens utrinque disceptatio effervescente cooperat; quamvis autem Regni Administratrix Catholicorum partes pro viribus tueretur, eisque clam, quotiescunque sese occasio offerret, auxilium suum impendere polliceretur, cum tamen tempori cedendum existimaret, publicosque tumultus pertimesceret, hinc Protestantibus indulgebat, ut iwas preces

II.
foret:
in-
iver-
ororis
com-
In-
ut
preci-
atio-
libet
osfet,
vale-
uum
opuli

icula
us

ostu-
nde
scere
Ad-
pro
ties-
lium
n ta-
aret,
eret,
iuas
eces

preces persolvere, Sacra-
menta admini- Sæcul. XVI.
strare, ac denique omnes ritus in patria A.C. 1558.
linqua peragere possent. Postea eorum
postulata per Nobiles ad Theologos Edini
agentes transmittebantur: hi vero re-
spondebant, circa Ministrorum electio-
nem Synodi Tridentini, jurisque Ca-
nonici decretis standum esse: cum
igitur Clerici Administratricis cir-
cumspécionem carnis prudentiæ in-
nixam minime ratam haberent,
ideo hac super re rursus comitia cele-
brabant, in quibus decretum, omni
severitate in hæreticos esse animadver-
tendum. Re comperta Protestantes
Joannem Areskinum Dunensem Nobi-
lem postea Marræ Comitem ad eos ab-
legabant, supplices, ut deinceps Offi-
cium Divinum in idiomate vernaculo
celebrare ipsis licitum fore: verum
Clerici id recusantes nihil de primo suo
rigore remittendum censebant.

§. LXIV.

*Comitia pro supremi Præpositi ele-
ctione a Jesuitis celebrata.*

Cum hæc interea gererentur, summus *Ribadin.* in
Pontifex Societatis Præpositum eli- *vita Jacob.*
gendi facultatem tandem Jesuitis con- *Laynez c. 13.*
cedebat: hi igitur omni ex parte So- *Sacchini in*
cios suos convocabant, quibus adven- *hist. Soc. t. 1.*
tantibus die decima nona Junii sua co- *num. 91. &*
Hist. Eccles. Tom. XLIII. I mitia eq. *t. 2. n. 2. &*